Vnde oratio, quæ apud Hippiam est, sophistica est, quòd idem sit mendax, & verax. Eum nanque, qui potest mentiri, accipit vt mendacem, hic verò, sapiens & prudens est. Item eum, qui sponte prauus est, meliorem ait. Hoc autem falsum, per inductionem accipit. Qui enim sponte claudicat, melior est eo, qui inuitus: claudicare dicens, pro imitari. Nam si claudus sponte, esset peior fortassis: quemadmodum in moribus, ita & in hoc esset.

CAPVT XXX.

Accidens dicitur, quod inest alicui. Et quod verum est dicere: non tamen neque necessario, nec vt plurimùm: vtputa, si quis pro planta fodiens fossam, inuenit thesaurum. Hoc itaque accidens fuit fodienti fossam, thesaurum inuenire. Nec enim necessario hoc ex hoc, aut post hoc: nec vt plurimùm, si quis plantet, thesaurum inuenit. Musicus quoque fuerit quispiam albus, sed cùm nec necessario, nec vt plurimùm hoc fiat, accidens ipsum dicimus. Cùm igitur sit existens aliquid, & alicui, & horum quædam etiam alicubi, & quandoque quod vtcunque existit quidem, sed non propter id, hoc aut nunc, aut hîc, accidens erit: nec vlla causa determinata accidentis est, sed quæcunque contingit. Hæc autem, indeterminata: vt abire in Æginam accidit, si non propter hoc euenit, vt illuc iret, sed à tempestate pulsus, aut à latronibus captus. Fuit igitur, & est ipsum accidens, sed secundum se, sed non secundum alterum. Tempestas enim causa, vt iret, quò non nauigabat: hoc autem erat Ægina. Dicitur etiam aliter accidens, vt quæcunque existunt in vnoquoque secundum se, non existentia: in substantia, vt triangulo, duos rectos habere. Et hæc quidem contingit sempiterna esse, illorum verò nihil. Ratio autem huius in aliis.

A διὸ ἐν τῷ Ἱππίᾳ λόγος παρεκρούετο, ὡς ὁ αὐτὸς ψευδὴς καὶ ἀληθής. τὸ γὰρ δυνάμενον γὰρ ψεύδεσθαι, λαμβάνει ψευδῆ. ὁ δὲ σοφὸς ὁ εἰδὼς καὶ ὁ φρόνιμος. ἔτι τὸν ἑκόντα φαῦλον, βελτίω. τοῦτο δὲ ψεύδος λαμβάνει διὰ τῆς ἐπαγωγῆς. ὁ γὰρ ἑκὼν χωλαίνων, τοῦ ἄκοντος κρείττων· τὸ χωλαίνειν, τὸ μιμεῖσθαι λέγων· ἐπεὶ εἴγε χωλὸς ἑκὼν, χείρων ἴσως, ὥσπερ ὅπου τοῖς ἤθεσι καὶ τοῦτο.

B Κεφάλαιον λ.

Συμβεβηκὸς δὲ λέγεται, ὃ ὑπάρχει μὲν τινί, καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μὴν τοῦτο οὔτε ἐξ ἀνάγκης, οὔτε ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· οἷον εἴ τις ὀρύττων φυτὸν βόθρον, εὗρε θησαυρόν. τοῦτο τοίνυν συμβεβηκὸς τῷ ὀρύττοντι τὸν βόθρον, τὸ εὑρεῖν θησαυρόν. οὔτε γὰρ ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἐκ τούτου, ἢ μετὰ τοῦτο. οὐδ' ὡς ὅπι τὸ πολύ, εἴ τις φυτεύῃ, θησαυρὸν εὑρίσκει. καὶ μουσικὸς γ' ἂν τις εἴη λευκός· ἀλλ' ἐπὶ οὔτε ἐξ ἀνάγκης, οὐδ' ὡς ὅπι τὸ πολὺ τοῦτο γένοιτο, συμβεβηκὸς αὐτὸ λέγομεν. ὥστ' ἐπεὶ ἔστιν ὑπάρχον τι καὶ τινὶ, καὶ ἔνια τούτων, καὶ ποῦ, καὶ ποτὲ, ὅτι αὐτὸ ἀρχὴ μὴ, ἀλλὰ μὴ διότι τοδί, ἢ νῦν, ἢ ἐν τῷδε, συμβεβηκὸς ἔσται· οὐδὲ διὸ ἄπορον ὁριστικὸν οὐδὲν τὸ συμβεβηκότος, ἀλλὰ τὸ τυχόν. τοῦτο δ' ἀόριστον συμβαίνει τὸ εἰς Αἴγιναν ἐλθεῖν, εἰ μὴ διὰ τοῦτο ἀφίκετο ὅπως ἐκεῖ ἔλθοι, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος ἐξωθεὶς, ἢ ὑπὸ λῃστῶν ληφθείς. γένοιτο μὲν δὴ καὶ ἔστιν τὸ συμβεβηκός. ἀλλ' οὐχ ᾗ αὐτὸ, ἀλλ' ᾗ ἕτερον. ὁ γὰρ χειμὼν αἴτιος τοῦ μὴ ὅπου ἔπλει ἐλθεῖν· τοῦτο δ' ἦν Αἴγινα. λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός. οἷον ὅσα ὑπάρχει καθ' αὐτὸ ἑκάστῳ μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα· οἷ τῷ τριγώνῳ τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνδέχεται ἀΐδια εἶναι, ἐκείνων δ' οὐδέν. λόγος δὲ τούτου ἐν ἑτέροις.

ARISTOTELIS

METAPHYSICORVM

LIBER V.

CAPVT I.

Principia, & causæ entium quæruntur, & patet, quòd prouentia sunt. Est etenim aliqua sanitatis, bonæque habitudinis causa. Mathematicorum quoque principia, elementa, & causæ sunt. Et simpliciter omnis intellectualis scientia, siue aliquo modo intellectu participans, circa causas,

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ

ΤΟ Ε.

Κεφάλαιον α.

Αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἴτια ζητεῖται τῶν ὄντων· δῆλον δ' ὅτι ἢ ὄντα. ἔστι γὰρ τι αἴτιον ὑγιείας καὶ δυεξίας. καὶ τῶν μαθηματικῶν εἰσιν ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα καὶ αἴτια. καὶ ὅλως δὲ πᾶσα ὁπόσην διανοητικὴ, ἢ καὶ μετέχουσά τι διανοίας, περὶ αἰτίας καὶ ἀρχὰς ὅσαι, ἢ ἀκρ-